



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

2. De Definitione Disciplinæ ex B. Cypriano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

DE DISCIP. ECCLES.

quasi nota quædam veræ Catholicae Religionis, ut  
pote sine qua diu Catholica Religio nec florere,  
nec omnino subsistere possit. Moribus enim bonis

*Lib. 6.* sublatis corruit necessariò ipsa fides. Excitare et  
*Langcrucius* iam volui Ecclesiæ Prælatos, ad inducendam & re-  
*de Vita &* uocandam in usum quasi collapsam Disciplinam  
*bonestate cle* Ecclesiasticam. Mouit me quoque Caluinistarum  
*ricorum.* exemplum qui in suis libris de Disciplina & Con-  
*Sic Ioannes* fistorio ac Visitationibus Ecclesiarum, hoc argu-  
*& Lascœ &* mentum suo tamen more attigerunt, ut meritò pu-  
*Saadels de* dere nos debeat, si nos in tam præclara utili ac ne-  
*Disciplina* cessaria materia aduersarijs nostris inferiores neg-  
*scripserunt:* *Martinus Bu* ligentioresque deprehendamur, cum summa toti-  
*cerus in libr.* us Ecclesiæ in Disciplina quasi cardine quodam  
*de Regno* voluatur ac vertatur. Affirmare verè id possum, si  
*Christi & as* in Ecclesia Patrum & nostra memoria Disciplina  
*lij pliores.* Ecclesiastica strictè ac rigidè obseruata fuisset, ne-  
*Rhegino M.* que tot hæreses in Ecclesiam irruissent, neque tot  
*S. de Discipl.* tantisque pérsequotionibus vndique ea pressa &  
*Ecclesiastica* fatigata fuisset. Commouit me quoque exemplum  
*mibi visus* S. Irenæi Lugdunensis Episcopi, quem B. Hierony-  
*in Monaste-* mus de Disciplina Ecclesiastica isto florenti seculo  
*lerensi.* scripsisse commemorat: in Catalogo de Viris Il-  
lustribus, & Reuerendissimi Ioannis Bonhomij E-  
pis. Vercel. Nuncijque Apostolici me impulit au-  
toritas, qui omnem calamitatem Ecclesiæ Colon.  
neglectioni Disciplinæ ferebat acceptam.

C A P V T I I .

De definitione Disciplina.

**B** Cyprianus pulcherrimè sic eam definit. Disci-  
plina est ordinata morum correctio secundū  
canones Ecclesiasticos. Canones autem Ecclesiasti-  
ci cor-

ci corrigit non modo clericorum, sed etiam laicorum vitam atque mores. Quare non ineptè in Disciplinam plebis & cleri eam diuiseris. Ordinata dicitur, quoniā absq; ea in Ecclesia non ordo ullus, sed mera reperitur cōfusio ac perturbatio.

## C A P V T I I I.

*Quam multa postulentur ab eo, qui de Disciplina scriptura est.*

In primis in Ethicis & Politicis Philosophorum scriptis, apprime versatū esse oportet, cum morum correccio sit, non aliud, quam ex mortali bus auctoribus & scriptis commodius hauriri poterit. Noui quoque & Veteris testamenti diligens lectio necessaria est, cum præcipue Paulinæ epistole & Propheticæ conciones tam clericorum quam laicorum mores informent, & Salomon in libro Proverbiorum, Sapientiae & Ecclesiastico in castigandis hominum vitijs & virtutibus docendis diligenter versetur. Nec minus utilis ac necessaria est Sanctorum Veterum Patrum lectio, vnde intelligemus, quomodo singulis seculis iam inde ab Apostolorum temporibus Disciplina vigente viguerit Ecclesia; ea vero deficiente, religio atque Ecclesia coepit collabi, id apparebit si singulorum Patrum veterum ætates & secula ordine posita percurramus. Omnium aut maxime desideratur cognitio & lectio Corporis Canonum & Disciplinæ, quod in Decretis Isidori Iuuenis, Burchardi, Gratiani & aliorum Rapsodijs continetur. Cum enim Caluinistæ in suis Synhodis, Corpus Disciplinæ à se compositum promittant, quanto verius & rectius nos infiteentes maiorum vestigijs Corpus Canonū vestitus.